



Albus rubens  
niger Viridis.

## C XII D

ad quos colores omnes alij colores re-  
ducuntur. s. albo rubens niger et viridis  
Nam et in legalibus indumentis quatuor  
colores fuisse leguntur. bislus purpu-  
ra. iacinctus. crocus. albis coloribus viri-  
mur in festis. pfeffoz et virginum propter eorum  
mundiciam. Item in festis angelorum propter eorum  
innocentiam. Item in nativitate domini et virg-  
marie matris eius et iobis bap. propter eorum  
puritatem. In epiphania festo propter  
stellam et adoratorem. in purificatione propter  
propter ipsi christi oblationem. in dedicatione ec-  
clesie propter solennitatem ecclesie. et ubi  
videndum est in festo pentecostes. quod in  
ipso ignis apparuit in pfeffus. In festo  
sancte crucis. quod propter mortem nostram de-  
struxit christus. In festis apostolorum et martyrum  
quod quilibet eorum propter christum sanguinem  
suum fuderit. Tugris in officio defun-  
ctorum et in diebus abstinentie et afflictionis  
Viridibus autem in pfeffis diebus et feriis  
libus et communibus quod color viridis me-  
dius est sicut scitis.

### De indumentis sacerdotis in speciali pars secunda.

Secundo in speciali magis te-  
scendendo ad propositum et primo  
agitur de non sacris sic sunt so-  
culares et sandalia. secundo de sacris.  
Quantum ad primum sciendum quod sacer-  
dos celebrans super dicitur calcatus solum  
lanibus vel sandaliis etiam quod voto pfeff-  
sionis habent ire discalciati. et hoc ad repen-  
tandum humanitatem christi cuius calciameri  
corrigit iobes bap. solvere non aude-  
bat. Luce. iij. Non enim alia reddi possunt  
propter christum in gloria super Croc. quod in veteri  
testamento illi qui repudiabant uxores discal-  
ciabant se. ideo iudei dicitur discalciati  
quia propter christum in synagoga fuit repudia-  
ta. sed ad sacrificandum nos incedimus  
calciati in signum responsionis christi  
et ecclesie. Secundo agendum est de  
indumentis sacris que sunt in quibus

sacerdote ad ministerium. et secundum hoc vide-  
buntur multa per ordinem.

Primo queritur quare has vestes  
portamus. et dicendum quod ratio est du-  
plex una ut christum imitemur. alia ut spiri-  
tualiter informemur. et secundum hoc sunt duo  
modi assignandi indumenta ista. Pri-  
mo ut christum imitemur. nam amictus si-  
gnificat in christo velamentum quod fuit vela-  
tus quoniam dominum est sibi. pro heretico quod est qui  
te percussit. Luc. xxij. Alba totum corpus  
regens signat in christo vestimentum quod he-  
rodes illudit eum quod erat albusissimum. lu-  
ce. xxij. Cingulum significat flagellum  
quo pilatus cecidit christum. iobis. xij.  
Manipulum funem quo ligatus fuit a iude-  
is. iobis. xij. Complesse eum et liga-  
verunt christum. Stola repit ligatu-  
ram quod fuit ligatus ad columnam. iobis. xij.  
Casula significat purpureum vestimen-  
tum quo circumdederunt eum. iobis. xij.

Secundo ut moraliter et spiritualiter  
informemur. nam amictus signat in  
nobis salutem quam accepimus pro fide. ad  
ephe. vi. Galeam salutis assumite. Alba  
que totum corpus regit a summo versus deorsum  
signat spem quam ex gratia habemus.  
ecce summum. Et ex merito. nunc. ecce  
deorsum. Et id ad Romanos. viij. Spe salu-  
ti facti sumus. Cingulum autem signat ius-  
ticiam quam habere debemus. et hoc duo  
brachia scilicet declinare a malo et face-  
re bonum. ysaie. xi. Erunt iusticia cingu-  
lum lumborum eius. manipulus au-  
tem qui in manu ponitur signat in  
nobis fortitudinem contra imperium dy-  
aboli. Stola que habet duo brachia  
pendentia signat in nobis pruden-  
tiam et temperantiam. Tunc ad Titum. si  
Sobrie pie et iuste vivamus in hoc seculo  
Casula que totum corpus regit signat  
in nobis charitatem. quod charitas ope-  
rit multitudinem peccatorum. ideo fides  
spes. charitas. prudentia. fortitudo. iusticia. induuntur ei. vel aliter